

3. Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium, * et a verbo aspero.

4. Scápulis suis obumbrabit tibi: * et sub pennis ejus sperábis.

5. Scuto circúmdabit te véritas ejus: * non timébis a timóre noctúrno.

6. A sagítta volánte in die, † a negótio perambulante in ténebris: * ab incúrsu, et dæmónio meridiáno.

7. Cadent a látere tuo mille, † et decem míllia a dextris tuis: * ad te autem non appropinquábit.

8. Verúmtamen óculis tuis considerábis: * et retributió nem peccatorum vidébis.

9. Quóniam tu es Dómine spes mea: * Altísimum posuísti refúgium tuum.

10. Non accédet ad te malum: * et flagéllum non appropinquábit tabernáculo tuo

11. Quóniam Angelis suis mandavit de te: * ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

12. In mánibus portábunt te: * ne forte offéndas ad lápidem pedem tuum.

13. Super áspidem et basilíscum ambulábis: * et conculcábis leónem et draconem.

14. Quóniam in me sperávit, liberabo eum: * prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

15. Clamábit ad me, et ego exáudiam eum: † cum ipso sum in tribulatióne: * erípiam eum et glorificabo eum.

16. Longitúdine diérum replebo eum: * et osténdam illi salutare meum.

17. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

18. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculorum. Amen.

Ů. Deus refúgium nostrum et virtus.

Ů. Ad - jú - tor in tri - bu - la - ti - ó - ni - bus.



Ů. Salvos fac servos tuos Dómine.

Ů. De - us me - us, spe - rán - tes in te.



Ů. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis.

Ů. Mi - se - ré - re no - bis.



Ů. Adjuva nos, Deus salutaris noster.

Ů. Et pro-pter gló - ri - am nó - mi - nis tu - i Dó - mi - ne, lí - be - ra nos.

